

audiens facile recipiat. In hunc finem praprimis a Spiritu Sancto dirigi debet, hinc Festo Pentecostali domum eloquentia Apostolis per linguas datum est. C. Act. 2. v. 3.

Lingua mortificanda est per silentium. S. Basilus de se ipso testatur, quod Eustachium hereticum, a quo fuit graviter offensus magis per silentium, quam contradictionem confutavit. Tam gratum fuit Deo silentium Radulphi, ut ejus voce incendium extinxerit; fuit is ob continuum silentium cognominatus Silens; per sedem enim annos nullum verbum protulit; cumque incendium in Monasterio oriretur, quod nulla vi restinguere poterat, Radulphus silentium solvens confiderenter edixit: *Insignis! conquisce flamma! & ignis continuo sedit, sicut Sol ad imperium Josue.* C. in Jac. 3. v. 6.

VITA HOMINIS.

103. *Quantum amatur ab homine.*

Hæmorrhoida per duodecim annos omnes facultates expendit, multa patitur a medicis. S. Augustinus ait: Multi ligari se volunt, & fecari, datur pro incerta salute certum dolorem, & magnam mercedem. S. punct. 127. fol. 395.

Naaman Syrus magnum iter suscepit, ut sanetur. lb. Seneca ait: una est catena, hæc catena non solum juvenes, sed & senes contrahunt. S. punct. 127. fol. 395.

Temporalis vita magis amatur, quam æterna, quia pro illa major adhibetur sollicitudo, quam pro ista. B. Ser. 24. §. 3. S. punct. 127.

Abraham ne occidatur rogat uxorem, ut se forem suam esse dicat: David, ut mortem fugiat, apud Regem Achis stultum se simulat. D. 10. 19.

Vidi aliquando tabulam calcographi- cam, in qua Mors gigantea proceritate, cum sua falce contra universum genus humanum pugnavat: resistebant ei Reges cum suis sceptris, Milites cum gladiis, Rustici cum baculis, & palis. Fuit prælium aspectu terribile, sed veritati con- forme: omnes hominum status pugnant contra mortem pro vita! Magni principes quam exquisita remedia, pharmaca, & medicos conquirunt. Constantinus Imp. pro sananda lepra, qua fere contabuit, balneum ex sanguine infantum sibi parari præcepit: & vero crudeliter effectum datus fuit, nisi Imperator in omnibus SS. Apo-

stolis Petro & Paulo de meliori, videlicet Baptismi lavacro fuisset admonitus. Ludovicus XL. Rex Galliarum inconsolabiliter lamentabatur, cum mortem sibi imminere vidit: Archiatro suo Jacobo Cotterio in singulos menses decem coronatorum millia pro salario constituit, ut ejus industriam acueret. Sanctorum Reliquias, quas sibi profuturas putabat, magno numero afferri iussit, denique S. Franciscum de Paula ex Calabria Parisios evocavit, rogans, ut sibi vitæ inducias a Deo impetraret. F. p. 3. l. 6. in vita Lud. XL. ad finem. Quis unquam tanta cum industria pro vita æterna laboravit?

104. *Est perpetua militia contra passiones animi.*

Cassianus ait: *Gladius crucis semper evaginatus tenendus est, cum mundus semper sese offerat cum suis delectationibus: ideo Apostolis dictum est: Qui non habet gladium, emat.* Ec. S. punct. 108. fol. 317.

Senex illepius cum jam satis mortuum se credit, labitur in peccatum carnis. Alius in agone exclamavit ad feminam: recede a me mulier, adhuc igniculus vivit, paleam tolle. S. lb. fol. 318.

Qui certat in agone non coronabitur, nisi 2. Tim. 2. legitime certaverit. En corona promittitur certanti, quia vera sanctitas consistit in hoc certamine contra passiones. Legitime autem & continuo per totam vitam certare &c. Segn. Manna 23. Febr.

Si militia est vita hominis super terram, Job. 7. plane varæ consequentia sequuntur ex hoc principio. Nam sequitur 1. quod vita sit tempus continui laboris, non quietis. Sequitur 2. quod vita sit tempus meriti, non præmii. Sequitur 3. quod vita sit tempus obediendi, non suo vivendi arbitrio. Sequitur 4. quod vita sit tempus summi periculi. Sequitur quinto, quod vita sit tempus probationis, non præsumptionis. &c. Segn. Manna 2. Septembr.

Rex David conqueritur: *Conculcaverunt Pal. 55. me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes adversum me.* Quinam sunt isti bellantes? sunt hostis noster acerrimus, Vetus homo, ejus milites & satellites sunt passiones, cupiditates, & pravi affectus, contra quos continuo pugandum. Non alienus querendus est, extra nos, qui vincatur, ait S. Laurentius Instianus, intra nos armatus est hostis, videlicet prava cupiditas. S. punct. 108.

105. *Est*

103. *Est brevis, fluxa, & fragilis.*

Sanctus Ambrosius ait: *Hodie vides adolescentem validum florentem gratia, specie, suavi colore: crastina die tibi facies, & ore mutatus occurret.* S. punct. 126. fol. 393.

Sanctus Hieronymus: *qui dudum infans, subito puer, qui puer, subito juvenis, & ante se senem intelligit, quam fe non juvenem esse miretur.* Hinc Nazianzenus: a tumultu tumultum peto, quasi dicere: *De utero transiatus ad unum.* S. punct. 126. fol. 393.

Dies mei velociores cursore: Nam cursor interdum quiescit, non vero dies. S. lb. fol. 393.

Vita comparatur pictura, navigio, tellis araneam, planta, fluvio labenti &c. M. conc. 39. ass. 1. n. 18.

Nullus patrum ad millesimum annum pertigit, ut significetur vitam etiam longissimam ne quidem punctum esse, quia mille anni ante oculos Dei velut dies hesternæ. C. Gen. fol. 101. col. 2.

Hebraica vox: *Metin,* cum puncto significat vitam, sine puncto significat mortem: Vita, & mors unico puncto differunt. S. punct. 126. fol. 390. Et B. Ser. 6. n. 24. 15. &c.

In imagine pertransit homo. ubi Cardinalis Hugo: *Ad modum imaginis, que videtur in speculo & statim disparet.* B. Ser. 7. n. 18.

Vita humana a S. Jobo vocatur folium arboris, quod a vento excutitur. A S. David fumus: a S. Jacobo vapor. A S. Chryostomo cursus: a Sancto Dorotheo iter plenum periculis: a S. Basilio comedia. B. Ser. 15. n. 10. 18. Ser. 17. n. 14. 15. S. punct. 126. f. 390. Paoletti Feria 4. Cinerum.

Sanctus Hieronymus narrat, quod Xerxes selevit, considerando, quod ex numero suo exercitu intra centum annos nullus sit amplius superfuturus. Et esto vivere centenis annis: quod sunt centeni anni cum æternitate collati: quod est obfeso respondit, se heri damnatum esse: mirantibus reposuit: quinquies milenos annos esse unam diem ad æternitatem. In eundem sensum sunt verba Dei ad Adamum, *in quacunque die comederis, morte morieris,* & tamen Adamus senuit ad 930. annos: Nempè mille anni ante Deum ut dies unica. B. Ser. 15. §. 2. & seq. Ser. 17. n. 14. 15. Ser. 19. n. 1. Ser. 49. §. 5.

Olim mors pedibus inpedebat, hinc D. Clavi Spicil. unvers. Par. 1.

homines non moriebantur ante trecentos, aut quadringentos annos, nunc equitat, & cito venit. *Ecce! equus pallidus Ec.* S. punct. 126. fol. 392.

Quotidie immutatur, & tamen immortales nos esse putamus, exclamant Hieronymus. S. punct. 126. fol. 392.

Vita hominis comparatur comedix: sic Augustus morturus aditantibus dixit: *Nunquid bene meam personam egi? comparatur autem comedix tum propter brevitate, sic Galba ajebat, multos Imperatores magis gustasse, quam possedisse Imperium, tum propter varietatem rerum humanarum &c.* D. 7. 22. C. Exod. 14. v. 25.

Patriarcha Jacob a Pharaone interrogatus de ætate respondit: *Dies peregrinationis mee centum triginta annorum sunt.* Tam brevis est vita, ut parum in ea commemorari iterum exire debeamus: *Quid aliud est vita, quam cursus ad mortem? ait Aug. C. Gen. 47. v. 9. &c.*

Cur auctor vitæ, vitam tam brevem esse voluit? nimirum ex variis, iisque momento rationibus, ut Novarius ait: 1. Ut terrena non diligamus. 2. Ut tribulationes generose feramus. 3. Ut citius liberemur ab adversitatibus. Adamo e paradiso ejici gratia fuit: si enim comedisset de ligno vitæ, & æternum vixisset, miserima hæc vita fuisset in sudore vultus, ait Abulegus. B. Ser. 32. n. 19.

Circa flumen Hypanim, qui prope Thraciam in mare deliuit, oriuntur animalia, quæ una duntaxat die vivunt. Quædam herba mane crescunt, vesperi arcescunt: Hic vitæ humanae est typus, etiam ad centenos annos productur! una dies est, si cum æternitate comparetur. *De mane ulgisse ad vesperem finis me.* Ec. C. in Ila. 38. v. 12.

Si mille anni ante oculos Dei, sicut dies hesternæ quæ præterit, quam brevis erit vita hominis ante oculos Dei, etiam ad centenos & amplius annos productur. C. in 2. Petri c. 3. v. 8.

Offendit mihi Dominus Deus, & ecce uncinus pomorium. Sicut uncinus decollatur poma, sic mors homines, & familias abripuit: vita enim humana recte comparatur pomis; quia sicut poma crescunt, maturefunt, carpuntur; ita & homines. 2. Poma matura, immatura decidunt, putrefcunt, verminant, vi aut baculo decutuntur; ita alii in infantia, alii in pueritia, alii in senectute, morbis, bello, pugna, aut violente morte abripiuntur. Inter poma, paucissima ad maturitatem,

R

tem, & inter homines paucissimi ad virilem aetatem adolefcunt. C. in Amos c. 8. v. 1.

106. Debetur Deo, & eius servitio.

Vita tua, tua non est, ait enim Bernardus: Christo JESU debes omnem vitam tuam, quia ipse vitam suam pro te pro vita tua. S. punct. 167. fol. 502.

Vita, quae non impenditur Dei servitio, pro vita omnino habenda non est: in Genesi multi homines recensentur, quorum anni vitae non indicantur: Hebraei genuit Irad &c. Cur vero in altera linea recensentur anni vitae: *Vixit Adam annos nongentos triginta &c.* Ratio est, quia primi illi a Caino descenderunt, & peccatores fuerunt, quorum vita pro vita non habetur: alteri a Seth, iusto, & iusti &c. B. Ser. 82. n. 13.

Saul dicitur tantum duobus annis regnasse, quia duobus bene regnavit. M. conc. 20. als. 2. n. 1. 2. 3. *Tempus in quo de Deo non cogitas, hoc te reputa perdidisse,* ait Hugo a Sancto Victore. C. Gen. fol. 109. col. 1.

Cum Deus liberavit Israelitas ex Aegypto, ait: *Monis iste vobis principium mensurae.* Quare? an tunc primum vivere inciperent? Respondet Abulensis: Annos illos non fuisse computatos, quos in servitute Aegypti insumpserunt. B. Ser. 81. n. 11. & seq. Ser. 82. n. 13.

S. Alexandra insidias proci fugiens fecerit in solitudinem Aegypti: quae sita a S. Melania, qui viveret, ait: se primam partem diei orationi, alteram labori, tertiam lectioni, quartam psalmodiae, & ultimam brevi somno concedere. Sanchez 4. part. c. 4. fol. 281.

107. Est tempus merendi.

Sanctus Laurentius Justinianus ait, sanguinem Christi sudantis in terram destillasse, ut intelligatis accelerandum esse, si sanguinis tam pretiosi fieri velitis participes, qui non tam fluit, quam velocissime currit. S. punct. 4. fol. 549.

Moyse sex civitates refugii constituit, per quas significatur sex dies, in quibus operari licet, sepeimus est figura aternitatis, quod sterilis est. M. conc. 1. r. 43. n. 1.

Sicut agricola desuperet, qui primum tempore messis vellet seminare: ita homo desipit, qui tempus merendi differt in finem vitae. B. Ser. 8. n. 4. Ser. 18. n. 17. Ser. 20. n. 25. Ser. 54. n. 12. 13.

Vita haec est mera laboriosa peregrina-

cio: ita Jacobus a Pharaone quaesit, quor sunt dies annorum vite tuae? Respondit: *Dies peregrinationis meae centum triginta;* hinc omnes Sancti in hoc orbe tam veteris, quam novae Legis vocantur, *Expectantes,* quia gaudia non possident in hac vita, sed expectant in altera. Segn. Manna 20. Mart. n. 2.

Vita humana comedia similissima est, quae cito transiit. Hic personam Principis, ille rusticum, alius personam militis, & iterum alius personam mendicantis aut mortionis agit, ferique facile potest, ut rusticus majorem applausum auditoris referat, quam Principes. Sic fit in hac vita: nil refert, an magnus sis vel humilis in hoc mundo, sed an personam status tui bene agas! si que fieri potest, ut illa die, qua distribuuntur praemia, mendicis regi praeratur. C. Exod. 14. v. 25.

108. Est tempus tristandi, non letandi.

Apostolus monet: *Eccc! nunc tempus acceptabile ad operandum salutem;* nec tempus stendi, dein ridendi. *Pateres comederunt uvam acerbam, & dentes eorum obturperunt.* Ubi Hieronymus: *Omnia qui comedit uvam acerbam, obturpescunt dentes ejus.* Quid est uva acerba, nisi gaudia hujus mundi, quae hic nondum matura sunt: hinc homo incapax redditur ad comedendum panem vitae: *Dum peccato anima pascitur, panem iustitiae edere non valet.* B. Ser. 6. n. 3. 4.

Sanctus Bernardus ait: *Totum vita tempus non nisi ad poenitentiam institutum.* B. lb. n. 9. & ad laborem. B. Ser. 18. n. 17. Ser. 81. n. 11.

Sola illa vita, quam speramus in beata patria, est tempus letandi. Quid facient autem mundani? hic quaerunt, quod solumibi invenitur, scilicet gaudere. Quare id faciunt, quod belluones, qui invitati ad epulas regales cum tempus solito serius aliquandiu expectare non possunt, prius ventrem rudioribus cibis implent, & dein apti non sunt capiendis favoribus cibis. O mi homo, mundi deliciae sunt totidem furta gaudiorum longe majorum &c. Segn. Manna 20. Mart. n. 3.

Ut Deus indicet hanc vitam esse tempus non gaudii, sed luctus, disposuit, illam esse miseram, & adversam plenam. Christus excitatur Lazarum levit. Qua de causa? Respondet S. Hieronymus: quia cogebatur eum propter salvandos ad vitam revocare. S. punct. 127. fol. 397.

Homines recens nati plorant, ut au-

pendentibus miseris quasi anticipato illacrymenur. *Natur de muliere, brevi vivens tempore repletur multis miseris.* S. punct. 127.

109. Praepostere, & desperam impenditur.

Demon persuadere contendit homini: *Da mihi id quod fuit temporis, futurum Deo.* O quam multi sunt, qui vinam demoni offerunt, faciem Deo &c. B. Ser. 9. n. 27. M. conc. 30. as. 2. num. 5.

Verum respicit Deus decrepitam aetatem: pisces exlesit ab holocaustis: *Quare? Respondet Abulensis: Quia pisces raro adduci poterant viventes ad Deum,* sed tantum tunc quando incipiebant mori. B. Ser. 9. n. 29. In holocaustis nunquam amabat Deus pecora familia, sed agnos, vitulos, id est tenera &c. B. Ser. 11. n. 16. Is est saeculi sensus, ut Numini applicare faeces abjecta, & mundo pretiosa, Paoletti Felto Purificationis B. V.

Seneca ait: *Magna vita pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, fera vota aliud agentibus.* B. Ser. 3. n. 18.

Quid facit aranea? eviscerat se fila tendendo, ut muscas capiat. Et quid major pars hominum tota vita meditatatur: ut se labore, stendi, fabricandi, scribendi, docendi exhaustat. Quorsum? ut muscas capiat! Quid enim sunt honores, & opes vitae, nisi textura aranea? *Dies mei sicut umbra declinaverunt.* Theophrastus moriens naturam accusat, quod corvis & cornicibus longavam, homini vero brevissimam vitam tribuat, qui tamen humano generi, si diuturnior vita foret, insigniter prodesse posset. C. in lsa. 38. vers. 12.

Ridicula nonnumquam fuerunt occupationes magnorum Principum: Domitianus Imp. pro fallendo tempore muscas aureo stylo configebat, alius lucernas configebat, alius calcos & crepidas resiciebat, alius in stabulo equos pectinabat &c. Quid absurdus in Principe; ad regnum, & rerumpublicarum administrationem destinato. Sed proh dolor! quid frequentius inter Christianos, quam quod fabulis, confessionibus, computationibus, lusuibus, aliisque nugis nugarum occupentur, qui ad acquirendum regnum caelorum a Deo vocati sunt? Mercatorum nonnullorum mos est, ut pecunias, quas ex mercibus hebdomadatim redigunt, in oculum suum sericulum conjiciant, & tum prius, cum hebdomadas finita

fuere, disculant, & numerent. O quam diversa, utiles & inutilis monetas invenient. Opera nostra in hoc vita curiculo peracta, quasi in thesaurum reconducuntur, qui tempore mortis aperitur. O quam inutilia, vana, viciosa, & nullius frugis opera invenientur, quae ad infernum potius, quam ad caelum procedunt! &c.

110. Decurritur propter peccata.

Non permansit spiritus meus in homine. Eruntque dies ejus centum viginti annorum. Quando hoc minatus est Deus? dum Noe erat 300. annorum. Et quando venit diluvium? dum erat 600. annorum. Ubi ergo vita viginti anni, quos Deus supra centos promisit? Sanctus Hieronymus respondet: *Quia contempserunt;* s. ius. *noluit expectare, sed viginti annorum spatium amputatis induxit diluvium.* B. Ser. 6. n. 29. Ser. 15. n. 33. Ser. 21. n. 18. Ser. 81. num. 14.

Qui se iungit fornicariis, vermes hereditavit illum; ideo multi in juventute emoriuntur. S. punct. 126. fol. 394.

Ordinarium est Deo, ut inutiles Re- *Terribilis est castigatio crudelis,* & *plaga iniunxit,* & praematura morte auferat. A. 1. lect. 3. n. 8.

Pharao cum toto exercitu demergitur in mari rubro, *sepebaturque in profundum!* *Est.* *109* O quam verum illud: *Omnia potentius vita brevior,* & maxime omni tyrannidum vita brevior. Pharao post unum mentem vita & regno spoliatur. Julius Caesar vasor imperii post triennium in curia confossus interit. Cyrus a capta Babylone triennio duntaxat regnavit, atque a Tomiri Regina Scytharum casus, captique amputato, & in caelum sanguine plenum coniecto, ab ea insultante audire: *Satia te Cyre sanguine, quem firivisti.* Alexander Magnus sex annis tantum a victo Dario, in Monarcha imperavit, sed nisi similis, quod cito fulget, & cito disperet. C. in Exod. 14. v. 25.

111. Prolongatur per Virtutem.

Sanctus Thomas docet, Praepositos probos, ac pie regentes ordinare in canam aetatem consensescere, hancque doctrinam desumit ex Origine: *Raro invenimus tales vestros parvo tempore vivere.* Ita consenserunt Petrus, Paulus, Remigius, alique. A. 1. lect. 3. n. 7.

Ratio esse potest 1. quia ubi virtus & pietas, ibi necessario etiam temperantia, quæ ad vitam longævam perducit, sicut et contrario imperantia, & ebrietas illam cito abruptim & decurtat, juxta illud: Plures occidit gula quam gladius. 2. Quia ubi virtus & pietas, ibi etiam dominium, & moderatio passionum, quæ vitam certe prolongat, sicut contra tumultuans bilis & ira annos abbreviat. 3. Quia pro homine pio, ac virtuoso funduntur preces & suffragia fidelium, rogantium, ut Deus illum propter bona exempla, doctrinas, & instructiones diu ad emolumentum fidelium conservet, sicut contra contra impios, & præsertim Superiores tyrannice regnantes, juramenta, impatientiæ, & imprecationes in cælum mittunt, rogaturque Deus, ut hominem inutilem & Reipublicæ perniciosum & medio tollat. 4. Quia pro hominibus piis ac virtuosis etiam coram throno Dei militant suffragia, & intercessiones Sanctorum; cedit enim ad illorum gloriam, si in suo statu, munere, & officio tales illi succedant, qui, quod illi ad honoris Divini, & Ecclesiæ incrementum feliciter caperunt, strenue prosequantur.

112. *Interdum mirabiliter longæva.*

In Insula Tabrobane homines ad centum & quinquaginta annos senescunt, & tunc strangulantur, diutius viduari, nisi vi occiderentur. Quidam Episcopus Scoticus nomine David centum & septuaginta annis vixit. Olaus scribit, Episcopus in Atholia ad ducentos annos vitam prorogare. Hæud procul Mundafabara inventus est Vir trecentorum annorum: Incolæ regionis Seris in Oriente ad trecentos pauciter ascendere solent. Martyrologium Leodiense narrat de S. Severo, quod ducentos nonaginta septem annos habens, factus sit Episcopus Tungrensis, & post-limnio septuaginta sex annis regnarit. Anno 1364. sub Imperatore Ferdinando II. in Hospitali Sanctæ Crucis Viennæ mortuus est Vir, qui Caroli V. auriga fuerat, numerans annos centum & triginta duos &c. D. 2. 88.

Moyfes 125. Mardocheus 150. Sincron 120. Galenus 140. annis vixerunt. Ad iusta Imperatorum in Italia indagatum fuit in senectonibus, inventique sunt Bononiæ unus, alter Ariminum 150. annorum senes: in aliis partibus Italiæ multi reperti sunt, qui ultra centenos viginti annos vitam prorogant. Nestor & Sibil-

la Cumana trecentis, & quidam Vir in Regno Bengala trecentis triginta quinque annis vixit &c. D. 9. 9. VV. art. disc. font. 17. Ex. 1.

In Episcopatu Leodiensi Parochus fuit, qui centesimum sacerdotii sui annum celebravit. VV. art. disc. Font. 17. Ex. 1.

113. *Cur aliis prospera, aliis infelicitata?*

Cur unus prospere, alter infelicitate vivat, Gentiles causam referunt in Deam fortunam, Astrologi in horoscopus, seu influxum syderum. Sed certum est, quod tam prospera, quam adversa proveniant a Deo: *In manibus tuis scriptæ sunt mee: quasi lutum figuli in manibus plasmarum illud.* Cur autem Deus uni prosperitatem, alteri adversitatem mittit? 1. Ut se absolutum omnium Dominum ostendat. 2. Ut in Universo sine dispensationum gradus. 3. Ut homines ex his Deum agnoscant, eaque a Deo postulent. 4. Ut felices habeant materiam beneficiendi aliis, & infelices materiam exercendæ virtutis. 5. Ut homines aspirant ad veram & æternam felicitatem &c. Sic ergo diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum &c. C. Gen. 30. v. 27.

Deus ex infinita Providentiæ abyssu ea prævidet, quæ homini proficere aut nocere possunt: sicut ergo benigna Mater infanti roganti cultrum aut faculam, provide negat, & resistit, etiam si infans lingueat, & ploret; ita Deus homini roganti divitias, honores, valetudinem, hæc omnia, quæ petit, tanquam nociva negat, etiam si homo non exauditus tristet, & affligatur. An dives Epulo, si fuisset pauper & inops, fuisset salvatus, ignoro: sed hoc metuo, ne pauper Lazarus, si divitiis abundasset, in vita jostanti forsan periisset. Notissimum est illud, quod plus ex Ordine Cisterciensis Religiosus, cui insula cum pedo offerbatur, & tantum non obtrudebatur, post mortem apparuerit, dixeritque: si fuisset de numero Episcoporum, esse nunc de numero damnatorum.

Tempus Vitæ humanæ.

114. *Quod per peccata perditum, per penitentiam compensari debet.*

Recogitabo tibi omnes annos meos, ubi de-nardus: Oportebat si fieri possit, revivere me, quod male vixi: sed quia hoc non

non possum, saltem recogitabo tibi &c. S. punct. 107. fol. 313.

Verus penitens percurrit vitam præteritam, & retractat, quod deliquit: ita David: *Docere iniquos vias tuas* &c. S. punct. 107. fol. 313.

Si quæras quomodo compensari possit tempus perditum, dico, quod modicum tempus in virtutibus actum æquivalet plurimis annis: *Quantum puer centum annorum morietur.* M. conc. 20. ass. 2. n. 6.

Videte quomodo caute ambuletis... redimentes tempus. Quia ratione potest redimi tempus: compensando damna, quæ incurristi, augendo solitudinem, operando perfectius, multiplicando preces, augendo rigorem penitentiae. Sic faciunt vitatores, qui in via cunctati sunt, sic faciunt agricola, opifices, compensant temporis jacturam, & tamen dispendium tantum vult temporale. Tu quid facis, qui dispendium passus es æternum? quæ re ex damnatis, quid facturi es, si reverti possent, & reddere sibi tempus elapsum: an credis vacaturos jocis, somno, confabulationibus? &c. Segn. *Manna 12. Sept. n. 2.*

Si tempus inutiliter perditum, per bona opera non compensetur, erit materia gravissimi iudicii, ita, ut ajat S. Anselmus: *Quid respondebis in illa die cum i. de vi. exigetur a te omne tempus viventi tibi impert. h. m. penjum, qualiter fuerit a te expensum?* B. *Serm. 28. §. 7.*

115. *Velocissime dilabitur.*

Stella in æquinoctiali posita una hora conficit 42000. milliaria: ait Ambrosius: *Tu dormis, & tempus tuum ambulat.* C. Gen. fol. 48. col. 2. B. *Serm. 49. §. 5. S. punct. 126.*

Tempus humanæ vitæ comparatur umbra: *Velut umbra præterit.* Cur non cursori, sagittæ, navi aut aliis; quia umbra velocior est his omnibus, ejus enim motus commentatur soli, qui una hora ultra millionem milliarium conficit. Nihilominus umbra non advertitur moveri, uti patet in horologiis solaribus: ita etiam tempus vitæ utror velocissime transeat, putatur tamen stare. Segn. *Manna 10. Jul. n. 4.*

Tempus metiri solemus secundum cursum solemem. Sol autem una hora percurrit 1140000. milliaria, quod tantumdem est, ac si terræ ambitum quinquages circumereretur. Stella in Aequatore tam velocem una hora cursum facit, ut

D. Clavi Spicil. universi Paris 1.

illum eques, qui quotidie triginta milliaria Gallica faceret, per 583. annos vix abfolveret. Sagitta aut globus et tormento æneo excussus indigeret 40. diem spatio ad hoc, ut totum terræ ambitum obiret, quam tamen stella illa, una hora bis milles obit. VV. art. disc. font. 54. ex. 3. & seq.

Quid ex hoc sequitur? Sequitur certe summe æstimandum, & summe curandum esse tempus, quia quolibet temporis momento augere merita, & operari salutem possunt. Habet annus 12. Menses, 52. Septimanas, 365. dies, 8760. horas; si Deus iudex rationem exiger de quolibet hora, heu! quam gravis iudicii materia erit tot horarum inutilis jactura!

116. *Est pretiosissimum.*

Nihil pretiosius tempore æstimandum est præ omnibus mundi thesauris: 1. Quia breve est, & instat umbra, navis, & sagittæ prætervolat, ideo etiam comparatur vapor, fumo, stille. 2. Quia cum præterit, est irrevocabile; sicut enim, dicente Heraclito, in idem flumen bis non descendimus; ita eodem momento bis non operamur. 3. Quia ab hoc brevi tempore, sui momento dependet tota æternitas nostra interminabilis. 4. Quia tempus hoc est in nostra potestate, & arbitrio; datum fuit nobis a Deo, ad augenda merita, ad salutem & gloriam comparandam. 5. Quia post hoc tempus non habebimus aliud, quo errorem & negligentiam corrigere, & compensare possimus. Sunt in inferno miliones damnatorum, qui tempus hoc neglexerunt, tanquam curperent pati per miliones annorum, si unicam horam consequi possent ad peccatum; hinc Seneca ex hoc capite docet, omnium maximam esse hominum insaniam, quod cum in cæteris sint avari, in perdendo tempore sint liberales. 6. Quia Deus brevis hoc tempus a nobis auferet, & in æternitatem transferet. *Non pie transigitur dies,* ait Climacus, *nisi hanc esse ultimam torius vitæ existimemus! probaturus est ille, qui mortem singulis horis expectat, sed ille sane sanctus, qui eam singulis horis desiderat.* Ex quo sequitur, si quæras, quanti habendum est tempus? respondeo, quanti ipsum cælum; quia hoc illo comparatur. C. in Apoc. c. 10. v. 6.

Redimentes tempus: id est compensantes male perditum. Qui vult cognoscere pretium temporis, interroget damnatos, *R 3* par-

Cl. m. s. grad. 6.

purgantes animas, & beatos. O si redire possent, quam longe aliter æstimarent momenta singula. C. Ephes. 5. vers. 16.

117. Inutiliter impenditur.

Plinius L. 7. c. 24.

Callicrates ex ebore formicæ & alia tam parva fecit animalia, ut partes earum a cæteris cerni non possent. Myrmicidæ quadrigam fecit, quam musca integeret alis. Quidam catenam tam subtilem elaboravit, quam pulex alligans facile ferre poterat. Alius formicam artificiosam, quæ gradiendo horas dici signabat. Tryphiodorus Poeta viginti quatuor poemata componit, ita ut in primo poemate littera A, in secundo littera B, in tertio littera C, & sic deinceps non inveniretur. Quidam librum conscripsit sine littera S, alius pugnam porcorum descripsit ita, ut singula verba inchoarentur a littera P. &c. inutilis labor, utinam tempus meliori occupationi fuisset reservatum. D. 4. 80.

Petruani distinguunt annum in octodecim menses: mensis habebat viginti dies: annus numerabat trecentos & sexaginta. Reliquos quinque dies vocabant dies nihili. O quot dies nihili in vita nostra numeramus!

Quot horæ impenduntur somno, sæpe superfluo, quot dantur prædido & cœnæ, quot recreationi, lusu, conversationi, fabulis, comœdiis, ambulationi, ipsique peccato! hæc omnia fiunt cum gustu & voluptate! cum autem unica hora impendenda est servitio Dei, videtur illa nimis longa, accusatur tempus de morositate! Quæro, si sponsa pretiosissima cimelia prodigeret in lixas & calones, nonne sponsus summæ id sibi injuriæ duceret? Et non sit injuria Deo, si videat horas omni auro pretiosiores, homini a se ad salutem datas, prodigi in nugas nugatum?

Ætas infantilis.

118. Mature debet bonis moribus instrui.

Statim octava die infans debet circumcidi: Ubi Hugo a S. Caro: sicut cerea mollis figurabilis est, ita infantilis ætas disciplinabilis. M. conc. 30. aff. 2. n. 2.

Quod in infantia dicitur, haud facile in adulta ætate dimittitur: Israelitæ cepas, & allia desiderant, quia his a teneris affueverunt. M. lb. n. 3.

Estote prudentes sicut serpentes; Serpens

ante omnia custodit caput: tu caput custodi, nimirum ætatem teneram, & tunc bene sperare potes de ætate adulta. M. lb. n. 10. & seq.

Ex ætate infantili pendet omnis vita: sicut enim nulla arbor fructus profert, quæ antea non protulit flores: ita ætas adulta non erit virtuosa, nisi prima ætate teneritudine virtuti affueverit, sicut dicitur *juventutis tue, ita & senectutis tuae.* D. 7. 1. Item C. Eccl. 30. v. 1.

Quamquam ætati infantili ludus puerilis omnino sit conveniens; quia feris occupationibus necdum est matura; nihilominus ex ipso genere ludi læcet, ad quid infantulus inclinet: S. Athanasius adhuc puer amulabatur ceremonias baptisimi, S. Carolus Borromeus loco octi visitabat Ecclesias, ædificabat altaria, quibus actionibus indicabant, se a Deo ad Ecclesiæ munia destinari. Contra Ismael ludebat ludum perverfum & seductorium, propterea e domo debebat ejci. D. 10. 75. Sanchez f. 461.

Christus Dominus reprehendit eos, qui volebant parvulos a se avocare, atque, *sinite parvulos venire ad me.* Item ille juvenis erat tenerissima ætatis, cui Dominus suavit, si vis perfectus esse vende omnia. &c. S. Paulus & Hilarion erant quindecim annorum, Simeon Stylita tredecim, Maurus & Placidus duodecim, Thomas Aquinas quatuordecim, Bedæ ætatem annorum, cum Deo servire cœperunt. &c. D. 12. 27.

Præsertim cura habenda, ut homo a tenera infantia statim contra peccatum custodiatur; quia nimis certum est, quod infernalis inimicus juvenuti quasi ab unguiculis insidias fruat, hinc est, quod paucissimi, cum ad annos discretionis perveniunt, retinent gratiam baptismalem; accidit illis, quod corvis, quilibi nascuntur, & dein indies magis magisque nigrescunt. &c. Vide Tit. Baptisimus: Gratia quam confert, a paucis retinetur.

Diabolus crudelis Herodes est, infantibus insidiatur, ut illos in primo ætatis flore gratia, virtute, Dei inspiratione, & bonis cogitationibus privet; unde S. Leo: *Si parvulus interficit, JESUS sibi videtur occidere, quod facere suo intermissione molitur.* C. in Matth. c. 2. v. 16.

Utilissimum est, a pueritia affuere discipline, mortificationi, & patientia. Christus a præsepio affuens pauperi ac duræ vite sic paravit se ad cœcum Samson & Samuel a puero abstinerunt a vi-

Deut. 33.

S. Leo serm. 4. de Epiph.

no & sicera. S. Joannes Baptista vix bimulus ivit in eremum, cilicio vestitus, & locustis victivans. Sic S. Placidus, S. Nicolaus, S. Paulus Eremita, S. Antonius, S. Hilarion eremum, & vitam austeram inierunt. Cum Dunaan tyrannus in Arabia Christianos persequeretur, pia Matrona filium quinquennem martyrum sanguine perungebat, quare a tyranno ad rogum infra est raptari. Et ecce! filiolus contra tyranni blanditias, in rogum ad matrem insiliit factus cum illa Martyrii heres. Multum ergo valet educatio puerorum dura; facit enim illos animosos, tolerantiores malorum, & naturaliter longævos. C. in Thren. c. 3. v. 27. Vide etiam Matth. 19. v. 14.

Adolescentia.

119. Est ætas aptissima virtuti.

Nemo ducum vult militem senem, nemo principum alicum senem &c. ita ait Chryostomus: *Multo magis regnans virum mavult adolescentiam, quam senectutem.* M. conc. 30. aff. 2. n. 5. Vide C. Prov. 10. v. 5.

Deus a Judæis petit agnum anniculum, id est unius anni: tropologicè vult sibi a teneris serviti, prout fecerunt S. Joannes Baptista, S. Nicolaus, S. Agnes & alii. &c. C. Exod. 12. v. 5.

Puerilis ætas propter innocentiam & simplicitem Christo Domino ita complacet, ut delectatus sit cum parvulis conversari: *Sinite parvulos venire ad me!* C. in Matth. c. 18. v. 5. Et c. 19. v. 14.

Passor nonaginta novem oves relinquit in deserto, & centesimam perditam querit. Per nonaginta novem intelliguntur iusti, per centesimam pusilli; singularis enim cura & sollicitudo est Christo de pusillis, utpote ab aliis desertis. C. in Matth. 18. v. 13.

Thren. 3. Propheta Jeremias ait: *Bonum est viris, cum portaverit jugum ab adolescentia*

Plato iud. Et hunc ipsum in sensum Plato *lib. 6. de* *legib.* *Qui præstantes viri in aliquo evasuri sunt, ab ineunte statim pueritia oportet in singulis ei negotio convenientibus meditari.* S. Joannes Evangelista statim ut juvenis, & a facili corruptione adhuc immunis Christum secutus est, ideo fuit Discipulus, quem diligebat JESUS, & Paulus prius Eremita, & Antonius & Hilarion anno 15. se Domini servitio manciparunt. S. Benedictus anno ætatis 12. item S. Mau-

rus, & Placidus eodem anno omnia reliquerunt. S. Joannes Calybita 14. S. Romualdus anno 20. S. Thomas 14. S. Franc. de Paula 13. S. Antoninus 12. S. Vincentius Ferrerius 18. S. Laurentius Justinianus 19. Deo servire cœperunt.

Quodli, mi juvenis, ab infernali insidiatore deceptus in peccatum, proholod! incidisti, ne tardes obscuro converti ad Dominum: In Imperii Sinici mari invenitur piscis, nomine *Hajul*, id est, *Puer*, qui dum capitur, lamentabilem pueri vocem emittit. VV. art. disc. font. 28. Ex. 13. Si contingat te a diabolo capi, statim lamentari, id est, penitere incipe! &c. Quator reddunt adolescentiam omnium ætatum periculosissimam: 1. Quia facilissima est ad malum. 2. Quia inconspicibilissima est in bono. 3. Quia difficillime corrigitur. Cum tamen 4. Fundamentum est totius vite sequentis. Hinc omni studio & conatu his quatuor periculis quatuor industria opponere conetur: 1. Statim a præsepiti diligenter perpendat. 3. Prompte Deo vocanti obediat. 4. Constantiter in bonis captis perseveret. C. Prov. c. 1. v. 4.

Diabolus valde insidiatur adolescentibus, 1. quia seculum adolecentem a Deo amaret, ut pullos columbarum. 2. Quia sic viam sternit ad sequentes vite peccata. 3. Quia scit, quod difficile se a vinculis peccati expedit possunt. 4. Quia dum peccant, impotenter peccant. C. Prov. 22. v. 6. Hinc ut se contra insidias præmuniat, studeant amare Deum, honorare Beatissimam Virginem, peccatum odisse, & mortem semper præ oculis habere. C. Prov. libid. Vide etiam C. Prov. 7. v. 7.

120. Diligenter, & solcite educanda.

Sapientes omnium gentium & temporum censuerunt, non tantum ad domus, sed totius Republicæ emolumentum necessesse, ut parentes bene filios educant, corrigant, & castigent; unde enim fures, adulteri, homicidæ, nisi ex mala educatione? *Noli subtrahere a puero disciplinam.* Prov. 23. ait Salomon. Et S. Paulus: *Educate illos in disciplina, & correptione Domini.* C. Ephes. 6. Eccl. 30. v. 1.

S. Chryostomus docet parentibus, nullam majorem curam esse debere, quam ut filios recte educant, & bonis præceptoribus assignent. Plato bonam filiorum educationem ponit bonæ Republicæ fundamentum; & seminarium: *Puerilis instructio de Republica.*

est maximi momenti ad universam vitam recte influendam. Idem narrat, filios Regum Persarum, cum ad decimum quartum ætatis annum venissent, commendatos fuisse cura Regiorum Pædagogorum, qui ab omnibus Peris feligebantur, & quatuor erant: unus sapientissimus, alter iustissimus, tertius temperatissimus, quartus fortissimus, qui Regis filio cultum Dei, veritatem, victoriam gulæ, & cupiditatum, ac denique invictam fortitudinem infundere debebant. C. Eccli. 30. v. 1.

Aristoteles ait: In civitate primam & maximam curam esse oportet in erudienda juventute, qua sublata pereat Respublica necesse est: qua de causa ille ipse Aristoteles Alexandro Magno Magister datus est. Plutarchus Trajani Imp. præceptor scripsit librum de educatione liberorum, in quo inter cætera ait: Sicut infantum membra, simul ac nati sunt, formari debent, ne obliqua fiant: ita puerorum mores principio apte, concinneque fingere oportet. C. Eccli. 30. v. 1.

Exempla illustria sunt: Constantinus Magnus filios pietate, proisque moribus optime instituit. Carolus Magnus maxima cura educavit filios, & filias. Idem fecit Theodosius, qui Arcadium & Honorium filios Arsenio instruens dedit, qui postea ab Ecclesia inter Sanctos relaxus est. S. Blancha Mater filium Ludovicum sua institutione Sanctum fecit. C. Eccli. Ibid.

Econtra Heli, qui Ohnri & Phinezes filios non castigavit, pontificatus & vita excidit. Prava institutio pueri Juliani postea Imperatoris cum Apostatam reddidit. Justina Valentianum filium Imp. impietate Ariana inbutit. Andronicus Junior ob non castigatus in pueritia ejus mores, ad tantam licentiam evasit, ut Andronicum Avum imperio deturbavit. Verum nullum illustrius exemplum est quam VVenceslai & Boleslai fratrum, quorum primus ab Avia Ludmilla educatione Sanctus, alter a Drahomira Matre impius, & fratris occisor factus est. C. Eccli. 30. v. 1. Vido etiam Titulum Parentes &c.

Pater magis exhorrendum quam verbo instruat filios, secus horrendum Dei supplicium experietur. Ipsa animalia, & volucres ingentem curam habent de educandis suis probris, & pullis. C. Eccli. 30. v. 13.

Præsertim adolescentes a malis sociis præserventur. Nebridius aula excoëdit, ne inter aulicos mores mutaret, omne con-

sortium postea cum Monachis & Clericis habuit. C. Jerem. 42. v. 18.

Ætas Virilis.

121. Debet continuare Virtutis exercitium. Sic currite, ut comprehendatis: que antequam metam attingit, nescit. M. conc. 30. ass. 2. n. 6.

Timotheus etiam in senio continuabat austeritates. M. lb. n. 7.

Sanctus David ait: *Tota die expandi ad te manus meas.* Id est tota vita. M. lb. n. 8. *Orate ne fuga vestra fiat in hyeme,* id est, ne primum in senio deserere vitia incipiatis. M. lb. n. 9.

Vir dicitur a virtute & viribus: igitur virtutem & vires adhibere debet contra seipsum, in edomandis passionibus animi, dein contra mundum, carnem & demonem, resistendo tentationibus. Est potior, & præstantior femina, igitur nihil semineum in se habere debet.

Vir in vegetissima vitæ ætate constitutus, ad pacem & militiam aptus, & ad tractanda negotia omnia ob maturitatem iudicii capax, exemplum debet esse virtutis, cui ceteri omnes se conformet, hinc Viri in Scriptura nonnunquam dicuntur Angeli: *Vir vestitus lineis erat Angelus.* non alio certe indicio, quam quod Viri labore, sapientia, industria, & consilio Angelos imitari debeant.

Si vir, a robore ætatis sic distans, imbecillitatem spiritus, tentationibus succumbat, in peccata cadat, scandalizabit imbecilliores, qui propter infirmitatem eadem sibi, aut deteriora licere arbitrantur &c.

Ætas Senilis.

122. Non est Deo Grata post adolescentiam sceleratam.

Deus petiit agnum anniculum, ubi Hugo Victorinus: Audiat hoc senium sera conversio: hi non offerunt agnum immaculatum, sed, ut ita dicam, porcum curatum. C. Gen. fol. 419. col. 3.

Rex Salomon describit fufæ, quibus infirmitatibus obnoxia sit ætas senilis: *Memento Creatoris tui in diebus juventutis tue.* Cum enim venerit tribulationis, id est senii tempus, non erit homo dispositus ad serviendum Deo &c. D. 3. 100.

Mirabile est estatum Isaac: *Puer centum Is. annorum moritur.* Quid intelligitur per puerum centum annorum? Antonius Monachus in sua Melissa reponit: *Qui multum ævi in vita corporis sine ulla virtute vivit.*

Da. 10.

Eccl. 10.

Mon. 17.

Mel. 1. 1.

2. a. 16.

vint.

vint, ac prohibite, eos longi temporis pueros appellare licet. Sicut virtuosus juvenes sepe dicti sunt senes, uti Salomon, Daniel, S. Macarius & alii: ita senes sine virtute dicuntur pueri: apud Deum enim anni non computantur spatio temporis, sed merito virtutis. D. 11. 38.

Inter tres species, quas odit Salomon, numerat etiam, *senem fatuum, & insensatum;* quia nihil turpius, quam canitiem cum fortibus lascivitiæ conjugere. D. 11. 38.

Quapropter operam conferant senes, ut Deo fideliter serviant, quia potens est illorum exemplum ad excitandam in aliis virtutem: Deus hominem mittit ad formicam: formica seniores a Republica ad administrationem cessant, alas proferunt, pinulas exerunt ac in eminentem quemdam locum perinde ac si terrena fastidissent, se conferunt. VV. art. disc. font. 49. ex. 4. Parem in modum homo in senio ad cælestia ascendere debet.

Albert. M. de animal. 26. 6. formicæ.

123. Est venerabilis.

Primo: quia juvenes erga senes gerere se debent ut discipuli erga magistrus. Hinc Theodosius Imperatoris filii coram Arsenio Magistro stare debebant. 2. Quia ut Aristoteles ait: *Honor pro ætate reddendus est.* 3. Quia in senibus est excellentia experientia, & prudentia. 4. Quia senes honorari natura didit. 5. Quia senes sunt instar parentum. 6. Quia & tu ætatem senilem sic assequeris. C. Gen. f. 714. col. 1. & 2. Senex sic ait Deus inter juvenes. C. Prov. 26. v. 29.

Lacedæmonii seu Spartani liberos suos instituebant, ut maximum honorem senibus deferret, ab iisque, etiam ignotis & nulla affinitate conjunctis documenta & correptiones reciperent: proinde dicere auditus est nonnemo: *In sola sparta expedit senescere.* D. 12. 51.

Senes sunt in honore habendi; quia sunt magistris juniorum: quia habent excellentiam prudentia & experientia. Quia ab omnibus nationibus instinctu naturali honorantur. Quia sunt instar parentum & Deum representant. Quia Deus retribuet in fine honorem. C. Lev. 19. v. 32.

Corona dignitatis senectus, que in viis iustitie reperitur. Corona Senum septuplex est: 1. Corona canitie, que ut solum sapientia ornat caput. 2. Corona ætatis & antiquitatis. 3. Corona propaginis & filiorum. 4. Corona prudentia, & experientia. 5. Corona gradus, & status. 6. Corona vitæ quasi militiæ emerita. 7.

Corona, eaque præstantissima, iustitie, & virtutis. &c. C. in Prov. c. 16. v. 31.

Ne spernas hominem in senectute sua; etenim ex nobis senescunt. Id est, nemo, nisi ex nobis senescit, omnesque nos senescere possumus. Vide ergo, O Juvenis, qui senem rides, videri pariter posse obtingere, & forte reipsa eventurum, ut senescas, tuncque & ipse ridearis. C. in Eccli. 8. v. 7.

S. Cyprianus Rogatianum Episcopum, propter fœdum ad quodam Diacono pro contemptum, exemplo Samuelis consolatur: *Cum Samuel Sacerdos a Sacerdotum populo ob senectutem, sicut tu modo, contemneretur, exclamavit iratus Deus: Non te præverunt, sed me!* C. in Eccli. 8. vers. 7.

124. Compensare debet peccata in juventute commissa.

S. Job ait: *Confundere me vis peccatis adolescentie meæ?* Quibus verbis significare vult, quod quamvis homo in aliquos defectus in juventute incidit, in senectute tamen illis carere debeat: cum eques effraus cursu equitat, accidit, ut comæ dissipentur, pallium, aut pileus decidat: peccato tamen cursu necesse est, ut se componat, & ornent, aliter enim deformitas magna foret: Omnes indomito & effraus corporis nostri equo in juventute currimus, quod si tunc aliquid inordinate factum est, oportet ut peccato adolescentie cursu, senectute nitere & laudabiliter componamus. *Cum eram parvulus,* ait Apostolus, *loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus: Quando autem factus sum vir, evacuavi ea, que sunt parvuli.* C. 1. Cor. 13. v. 11.

Eccl. 8.

Job. 13.

1. Cor. 13.

2. Reg. 19.

125. Est

125. Est variu vitii dedita.

Senibus ordinarie familiaris est avaricia de qua, & tenacitas: ideo dicit Cicero: *Patet quidquam esse absurdum, quam quominus vis resat, eo plus vitia querere.*

Ratio autem est frigidior sanguis, qui causat timorem, ideo semper timent senes, ne necessaria illis deficiant.

Senes sunt dediti loquacitati, ideo in usu habent preterita tempora laudare, presentia vituperare, sua facinora narrare, mores aliorum carpere, ideo etiam indignabundi, ad quavis levia delicta aliorum exardefcunt. &c. D. 7. 3.

Putant preterita omnia fuisse meliora presentibus, ideo artifices antiquos plus laudant modernis: sed male, id quod docuit celeberrimus statuarius ille Bonarota: is consecit statuum insignem, & in suo prelio decessam postmodum iterum effodit, ac publico populi conspectui exponit. Populus putans esse statuum ab antiquitate reliquum, & casu inventum, miris laudibus celebrabat artificium, idque supra omnia opera Bonarotæ tantidum extulit, donec iste ex signis manifestis suum esse artificium probavit. Nova non semper sunt viltiora pristinis &c. D. 7. 25.

Senex Monachus oblatam pecuniam non acceptat, dicens, septuaginta annis Deo servio & nihil mihi unquam defuit. Cur nunc defert extimefcam? Sanch. 4. p. c. 5. f. 283.

Senes, ait Palatius, sunt importuni, morosi, rixosi. Dicunt, faciuntque inepte multa; ea de causa spernantur a multis. C. in Eccli. 8. v. 7.

PARS SECUNDA.

De Statibus Hominum Sacris.

STATUS AC OFFICIA HOMINUM IN GENERE.

126. Mirabiliter a Deo ordinantur in mundo.

Quam pulchra est Ecclesia in diversissima varietate statuum, tam mirabilis est Dei Providentia in dividenda hac, ac ordinanda varietate. Hunc in finem dat hominibus diversissimas inclinationes, quibus hunc ad istum, alium ad alium statum ducit, nullumque est officium tam arduum, aut contemptibile,

quod non ab aliquibus libenter assumatur &c. Hanc varietatem S. Paulus sepe descripsit sub allegoria humani corporis: *Si totum corpus oculum, ubi auditus &c.* B. Ser. 27. n. 6. 7. & seq.

Si quæras, cur Dominus Deus varios status constituerit in Ecclesia? Responderet S. Thomas: 1. *Ad perfectionem Ecclesie*, sicut in calo tres sunt Hierarchia, & varii chori Angelorum. 2. *Ad necessitatem actionum*: si totum corpus oculum foret, ubi auditus? si omnes vellent esse religiosi, quis arma ferret? 3. *Ad pulchritudinem Ecclesie*, ad quam alludit David, ait Cassiodorus: *Adfuit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* B. Ser. 39. n. 7. & seq.

Varietas statuum est paradisi voluptatis Divinæ, ait Cyrillus Hierosolymit. in quo crescant flores electorum. Est cythara David bene consona, qua plerique diaboli. Est curus gloriæ Dei, quem trahunt aquila, id est Prælati: Bos, id est Religiosi, Homo id est Clerici, Leo id est status mundanus, ait Ludovicus de Ponte. B. Ser. 39. n. 6.

127. Nullus assumendus mere ob commodum temporale.

Sichem Princeps circumcidit se, & tamen iusto Dei iudicio post circumcisionem interfectus est: Quare? quia Iudaismum assumpsit tantum propter Dinam Jacobi filiam, ut hanc in uxorem haberet. S. Antonius Paduanus ait: *Quis, ut securius indulgeat voluptati, assumit laborem exterioris paupertatis.* B. Ser. 25. n. 30. & Ser. 39. §. 5.

Quamdiu Samion Dei vocantis dispositionem secutus est, fuit invidus, vicir, stravitque Philistinos, & leoens: cum autem vocem audit blanditencis Dabihæ, viribus, & oculis orbatus perit. Si homo certam vult facere suam prædestinationem, & salutem, in eligendo statum solum Deum respiciat, ille dabit gratias proportionatas, quæ omnes difficultates occurrentes mitigant & dulcescere faciunt. Econtra si se, non Deum, si commoditatem, non sanctitatem quærat, millies impinger sine adiumento gratiæ, & de salute periclitabitur velut ille, qui navim negligit, & natando vult trajicere mare. Vide Titulum: *Vocatio Dei!* &c.

Deus conqueritur contra nomallos: *Declinaverunt, simul inutiles facti sunt.* De

Cassiodorus in Psalm. 44.

Cyrillus cat. 10.

Lud. de Ponte, 26. 27. de vita. scilicet. 17. c. 1. §. 1.

De quibus loquitur? de illis, qui a via Divinitus sibi præstituta declinantes pro suo libitu, & gustu scopum vitæ sibi præfigunt. Quid sit? finem a Deo sibi præstitutum amittunt, & illum, quem sibi in honoribus, divitiis, & voluptatibus sæculi præferunt, non assequuntur. *Simul inutiles fiunt*; dum enim mille difficultates, & adversitates experiuntur, atque interna etiam animi consolatione destituuntur, nec sibi, nec aliis profunt: *Infructuosi sibi & alijs*, ait S. Bruno: *Immo molesti ac nocivi tam sibi quam alijs.* B. Ser. 39. n. 2.

Propheta Jonas a Deo ad convertendos Ninivitas vocatus, prædicationis difficultatem exhorruit, & averfa via in Tarsis navigare contendit: sed mare, ventos, nautas, cetum, omniaque alia sibi adversantia expertus, illuc, ait S. Gregorius, *gestante bellua pervenit, quo ire sponte contempsit.* C. in Jonæ 1. vers. 3.

128. Nullus assumendus sine aptitudine nature.

Aquila inter quatuor animalia volabat altior, leo autem & bos non aequali volatu sequebantur: Quare? quia ex natura inepti sunt ad volatum. B. Ser. 35. n. 33. Ser. 39. §. 3. 5.

Bene Sanctus Lucas de Petro ait, erat *Nesciens quid diceret*, quia cum tota vita nil didicet, nisi reia texere, in monte Thabor vult fabram agere, & tabernacula ædificare. B. Ser. 39. n. 49.

Lapis, qui everit statuum Nabuchodonosoris in montem crevit, non vero ille, quo stratus est Goliath: Quare? quia primus ille iuxta naturam devolutus est, alter contra naturam & per violentum projectus est: quidquid contra naturam fit, nunquam in montem, hoc est ad perfectionem crescit. B. Ser. 85. n. 3.

In parabola, quam Jonathas Sichimitis proposuit, rhamnus electus est in regem arborum. Quid? rhamnus? qui suis hamis omnia retinet: qui suo igne reliquas arbores exurit? Campensis ait: *Va illis, quorum suffragio electionis sustolluntur indigni, eis sit, sicut in Libro Iudicum dicitur, ut ignis egrediatur de rhamno, & ligna sylvarum succendant.* B. Ser. 34. n. 37. 38. &c. Item Ser. 39. n. 23. 24. & seq.

Nauta & auriga commutarunt invicem sua officia: auriga vult navim ad cursum promovere calcariibus & scutia:

Campensis. l. 2. n. 34.

nauta vult cursum equi ad secundum ventum remo dirigere, quid absurdum? si carbonarius vellet telas dealbare, & sullo carbonibus occupari, quid absurdum? Ita fit, cum inepti ad officia, quibus impares sunt, sese intrudent! &c.

129. Non sit turbatio, ut unus in alterius officium involvet.

In ossa arida intravit Spiritus Domini: sic in Ecclesiam intrat Spiritus Dei, inquit Berchtholus, *si quilibet efficitur contentus proprii gradus, & promotionis.* B. Ser. 39. n. 2.

Ridemus ad ineptas occupationes quorundam Regum & Principum: Abas Rex Persarum equos suos ipse ferreis soleis armabat, quos suos ipse ferreis instrumenta fabricata semper secum portabat. Atheas Scytharum Rex suum ipse equum pectebat, fricabat, insternebat, cumque a Legatis Macedonibus in stabulo hæc agram deprehensus esset, rogavit, num etiam Philippus Rex Macedonia injuriam di exerceret? *VV. art. disc. Pont. 27. Ex. 1.* Quam autem absurdum est magnos Principes tam vili ac triviali labore occupari, tam est absurdum, unum in alperius officium involvare: v. g. si famulus vult imperitare, si tutor, aut factor vult Scripturam interpretari, si subditus præcepta Superiorum vult taxare &c.

Ecclesia Dei vocatur castrorum acies ordinata, hic ordo autem in accurata subordinatione consistit: si milites gregarij vellent imperitare, & Dux seu Polemarchus exercitus imperia capessere, esset turbatio seu confusio eedens in perniciem totius aciei. Parem in modum confusio est, si v. g. Ecclesiastici aut Religiosi vellent gubernare rempublicam, & Magistratus gubernare Ecclesiam vel Monasterium. Ludovicus XI. Rex Gallia Episcopum Episcopum Ebroicensem ad censendos milites Parisios vocaverat, id equitum Magister Chastanus agræ ferens, Regem rogavit licentiam reformandi Canonicos Ebroicenses, putans, idem iuris sibi competere in Clericis, quod competit Episcopo in milites! &c.

130. Eligendus est cum magna cautela in sedulitate.

Dominus de celo propexit, si est intelligens, aut requirens Deum. S. Augustinus ait: *Ad hoc debet homo esse intelligens, ut*

S. Aug. 15. de civ. Dei.